

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Aliquot nomina propria Germanorum ad priscam etymologiam restituta**

**Luther, Martin**

**Helmstadii, 1663**

Omnia nomina in "Old" sunt Germanica

[urn:nbn:de:bsz:31-67714](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-67714)

*Aluinus, Alguinus, Alcuuvinus, Alboinus, Aluwinn/Alge-  
win/omnia vincens, Rex Longobardorum.*

*Andoinus, si Italico more n pro l. scriptum est, idem quod  
Alboinus est. Illi enim scribunt, Bononia, cum dicunt Bolo-  
gna. Alioqui erit Handwin/id est, victrix manus, & in-  
victa bello dextera.*

*Goswin videtur esse Huswin/victor domorum, vitia-  
ta H per G ut frequentissimè fit. Sed melius, Josquin/quod  
nomen insignis Musicus in Belgico celebre fecit. Est au-  
tem Jostquin deminutivum, à Jost seu Justo. Sic enim illi  
loquuntur blandiendo pueris, Justin / id est justulus, justu-  
lus. Nam quod Jost quidam dicunt, est crassities supe-  
rioris Germaniæ, qui etiam Sanct Jost vocant idolum &  
figmentum illud Anglicanum.*

## OMNIA NOMINA

*In Old sunt Germanica.*

**A***rnoldus, Germanice, Ernhold/honestus, amans ho-  
nestatis & virtutis. Sic hodie Cæsaris caduceator vo-  
catur Herhold / id est, Ernhold / qui virtutem & ho-  
nestarem quærat & seruet.*

*Leupold/ hoc proprie dici debet, Liebhold / nomine com-  
posito, sicut Rathülff / r. Quasi dicas Lieb und Hold/ ama-  
bilis & dilectus, Erasmus, Amandus. Lieb enim est Amatus  
vel Amabilis. Huld est gratia, qua diligo. Inde dicitur Hol-  
derBule/id est, chara sponsa vel amica. Er ist mir nicht hold/  
id est, non diligit me.*

*Diepolt. Hunc alii faciunt Theobaldum, alii Hippolytum.  
Sed Theobaldus nihil valet, in ullâ linguâ. Estq; certo fig-  
mentum. Si Hippolytus est, potest H. in D. mutatum esse,  
& tum non est Germanicum, sed Græcum, qualia valde  
multa*

multa sunt in Germania. Ego puto idem esse, quod Liebhold/  
& Labdacismo aliquo vitiatum nomen: quia omnes qui la-  
borant Labdacismo, pronunciant in syllabæ initio d. & pe-  
ne n quoq; , cùm tamen l in fine syllabæ rectè pronunciant,  
sicut accidit & in litera r. aut syllabam abr. incipere non  
possint, & tamen bene possunt finale r. dicere.

### OMNIA NOMINA

*In Man/Mund/ sunt Germanica.*

**M**erman / de quo supra, quem Itali *Ariminium* corru-  
pse dicunt, scilicet, dux exercitus, vel bellator.  
**H**artman / vir fortis, Andreas. Hart enim durum,  
fortem, invictū significat passive, qui non cedit, sed perdu-  
rat. Est autem Man *componibile* nomē, tam frequens in Ger-  
manicā linguā, quā est ullū in Græca & Latina. Sic dicunt:  
Hausman/ Eheman/ Dorffman/ Schwerdman. Et ferè quo-  
ties verbale nomē deest, componitur Man cum verbo, ut:

**S**egeman (quem *Sigumundum* dicunt longe corrupissimè)  
quasi dicas victor, seu vir vincens, Victorinus. Sieg  
enim victoria est. Siegen vincere significat.

**B**ohemundus, Bogeman / id est, audax, Audentius, qui rem  
fortiter audet aggredi. Nam vitium scriptorum in Bohe  
certum est, cum Boge audierint.

**R**aymundus eisdem vitiis dicitur, pro Rngeman seu Rüge-  
man / id est, quietus, tranquillus, vir quietis. Hebraice *Noah*:  
sicut Numa Pompilius, Salomon, sine bellis, &c.

### OMNIA NOMINA

*In Werd sunt germanica.*

**W**ebrecht certum est, Adelwerd compositione appositiva,  
quasi Edel und werd / pretiosum & charum, sicut  
gemmas